

Præfatio.

Præfationem mei parvi Musæoli sub titulo Musæi
Luarenensis Lærgiani S. L. hic sisto, et quidem
hoc tantum fine, ut aliqua saltem licet leviuscula
Idea sive Methodus proponatur, ac ostendatur, qua
mediante aliqua rerum naturalium collectio è ma-
rinis. (exceptis Testaceis) aut fossilibus coagmen-
tata in suum debitum ordinem, id est, per Classes,
Genera, et species distribui possit: Siquidem reliqua
omnia Naturalia sive è regno animali, vel vegeta-
bili sint desumpta, iam à pluribus celeberrimis
Auctoribus abundanter pertractata fuere, ita ut
ulteriori explicatione omnino non indigeant. In-
terim in hac methodo plura occurrent adducta, aut
descripta, que in Musæolo ipso observanda non de-
prehendantur, et solummodo vel ad maiorem in-
telligentiam adhibita sunt, vel ut primordia rerum
contentarum clarius manifestentur, sine quibus
intellectus humanus in sua indagazione, et cog-
nitione tam facile acquiescere non poterit, quod con-
firmari potest communi exemplo infantum adhuc
innocentum, qui quando illis quidquam novi offertur,
aut proponitur, statim instinctu quodam, aut quasi
præstita naturali excitati quærere solent, quid est hoc?
unde venit? et quamnam est eius origo? Atque hæc
est